



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 144. Guisii ex Regis periculo consternati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

Thuan. l.
La Popet.
l. 6.

iisque vehementissimis affligebatur doloribus, qui ex quadam tabe in capite putrefacta, ac per aures defluente excitati confestim nascebantur, unde de ejus salute jam tum conclamatum erat.

§. CXLIV.

Guifii ex Regis periculo consternati.

Hoc nuntio Guifii Principes ingenti terrore afficiebantur, veriti, ne sua inde auctoritate exciderent; quapropter rem astu aggressi Catharinam Francisci II. Matrem blanditiis sibi devincire, eique anceps, in quo ipsa versaretur, periculum exponere statuunt, hæc significantes: „Abs dubio Navaræ Rex, ac Princeps Condæus nullum „non movebunt lapidem, ut interitum „nostrum promoveant, nisi eos præventias: unicum vero hoc malum declinandi medium in hoc repositum est, „ut Rege adhuc vivente propriam ipsorum perniciem maturare satagasi; deinceps, suaque ad firmandam Reginæ auctoritatem simul offerebant, eo ex fine, ut supremam Regni administrationem eidem factam fervarent, quam, ut agebant, Rege vivis erepto quantocius amissura esset. Equidem Regina hoc sermone admodum territa potius lacrimis, quam verbis respondit, probe conscia, quod in hac funesta rerum vicissitudine undique sibi periculum impen-

penderet, quocirca nil decernere voluit, nisi prius consulto Hospitalio Regni Cancellario, quem etiam confestim adesse iussit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1560.

§. CXLV.

Regina Hospitalii Cancellarii consiliis adjuta.

Thom. I. 26.

Itaque Hospitalius intellecto, quid Guisii Principes Reginae suasissent, eam bono animo esse iussit, illamque a pravo, quod ei iidem suggesserunt, consilio, dehortatus eam his verbis monuit: »præpostera prudentia ne committas, ut Gallica gens atrocitate facti ad belli »civilis necessitatem compellatur: quid »enim futurum, si Navarrus neque tur- »bidis consiliis, neque Condæi crimi- »nibus implicitus, nec auditus, nec de- »sensus pereat? nam quid illi objici »poterit, nisi tristis fratris fortuna? »proinde iudicium differas, o Regina, »nec pravis usa consultoribus, proprio- »que odio incensis, proprium sangui- »nem perditum eas: quid enim, si in- »juste Navarrus Rex detineatur, super- »erit quam ut injuste damnetur? Nam »merito ultio ab eo timetur, quem »offenderis: ratum certumque pru- »dentum Principum documentum est, »quod iis nunquam serio reconcilien- »tur, quos temere offenderunt: itaque

K k 2

om-